

Norma
examinis
candida-
torum ad
accessoratum
J. R. J. iudicii
cameralis
praesentatorum





Απροσωπολήπτως.

Pub. 17. num. 22.

25 4

Wetzelaria

NORMA
EXAMINIS
CANDIDATO-
RUM

AD ASSESSORATUM
S.R.I. JUDICII CAMERA-
LIS PRÆSENTATORUM.

QUOD EJUSDEM JUDICII FUN-
DAMENTUM EST,

UBI

No 1755

De MUNERIBUS seu VIRTU-
TIBUS CANDIDATORUM,

NEC NON

De RELATIONE ACTO-
RUM CAMERALIUM.



WETZLARIÆ,

Typis & Impensis, Georgii Ernesti Winckleri.

25. 4. 06.





§. 1.



Quantum legibus & exemplis comperire licuit, *Examen* Candidatorum ad *Assessoratum* Camerae Imperialis *Presentatorum* duplex est: Unum generale, alterum speciale.

Examen Generale.

§. 2. In *Generali*, 1. tractatur quaestio, *An & quando Candidatus presentatus ad Examen admittendus sit?* 2. Resolvitur *Modus examinandi admissum.*

Confer. 1. §. 13.

§. 3. In resolutione quaestionis, *An & quando Candidatus presentatus ad Examina admittendus sit?* agitur de impedimenti, propter quae Examen vel planè omittendum, vel saltem suspendendum sit. Quid enim si quaeratur, *An publicè laudatus vituperatusve, An semel repulsam passus, admittendi sint?* Ad quarum quaestionum *illam* respondetur, considerandum videri, utrum secunda vel adversa fama forte initium vitiosum habeat, nec ne? puta, an per affectus amoris, odii, an per adulationes calumniasve, an per machinationes, cuniculos, susurationes, auguria subornata &c. coeperit. Ad *hanc* respondetur, non nisi ex magna causa, id fieri posse, ne aliter dicentibus illud inconueniens inde oriatur, ex contraria, eadem vel simili ratione semel admissum denuo examinandum esse, cum, si unum solum specimen non sufficit ad non admissionem, nec unum solum sufficiat ad admissionem. Sed, *quid si de facto non tantum admissus, sed & cooptatus seu receptus fuerit?* Resp. Receptionem talem pro invalida & nulla habendam. *Quid si receptus pluribus annis in officio Adessoratus steterit?* Resp. Id, quod ab initio nullum fuit, solo quidem temporis tractu non conualescere: *Quod si tamen post receptionem munere Adessoratus*

cessoratus bene & sine querela functus fuerit, nova Legislatoris voluntate receptionem ejusdem confirmatam præsumi humanius dictu est. Item, quæritur: *An Candidatus presentatus forte per emendicata aut empta suffragia presentationem quaesiverit?* Conf. Fritsch. de Peccat. Senator. Concl. 1.

§. 4. In resolutione modi admissum examinandi, tractatur de Examinis 1. *subjecto à quo, hoc est, de Persona Examinatoris.* 2. *De objecto seu materia circa quam, hoc est de re examinanda.*

§. 5. In resolutione quæstionis *subjecti à quo?* quæritur de habilitate personæ Examinantis, e. g. *An ab amico inimicove speciali &c. examen fieri possit? An vero Candidati amici vel inimici Assessores secedere debeant.*

§. 6. *Objectum seu Materia circa quam Examinis est vocationis rectitudo.* In examine *rectitudinis vocationis* attenditur, 1. *ad presentationem substantiam,* 2. *ad justitiam ejusdem.*

§. 7. In *presentationis substantia* spectantur præcipuè 1. *Persona presentantis.* 2. *Presentandi modus.* In *persona presentantis*, occurrit quæstio: *An presentatio facta sit ab eo, cui jus presentandi competit?* Postquam in Circulo Suevico, in Circulis Superioris & Inferioris Saxonix, item in Westphalico, nec non Superiori Rhenano, desuper disceptatum fuisse dicitur. In *modo presentandi*, quæritur: *An presentatio Ordinationi Camerali convenienter facta sit?* Ubi videndum 1. *de ordine presentandi.* 2. *De forma literarum presentationis.* De *ordine presentandi*: ne posterior ordine priori præferatur, e. g. Catholicus Evangelico, vel contra; Item, Præsentatus à Præsentante posteriori Præsentato à Præsentante priori, in casu numeri limitati. *Forma literarum*, inspectis literis Collegio Camerali legitimè insinuatissimum cognoscitur. Dico, *legitimè insinuatissimum*, puta per Præsentatum ipsum, non per tertium, nec per postam, ne fallo locus detur. Ideoque in casibus diversis Candidati novas literas presentationis adferre jussi sunt.

§. 8. In *justitia Presentationis*, considerantur *Requisita Eligibilitatis seu Qualitates Personæ presentatæ*, quæ latinè *Præsentationis justitia.*

A 2

Mu-

Munera
s. Virtutes
Candida-
torum. *Munera* seu *Virtutes* appellantur. Vid. Lips. lib. 3. Pol. c. 4. seqq. ubi spectantur tum *status*, tum *vita* & *mores*, denique *forma* seu *honestas externa* Candidati

§. 9. In Examine *Status*, ad quaestionem *Status* refero generalissimè omnem quaestionem *Status* cum *Physici* tum *Politici*. *Physici*, cum *Sanitatis*, ne Candidatus laboret vel morbo *fontico*, e. g. non sit coecus, surdus, epilepticus &c. vel *vitio naturali contemptum inducente*, e. g. ne sit monoculus, (quod Professor quidam Tübingensis suo exemplo expertus est) *luscus*, *gibbosus*, *claudus* &c. tum *Ætatis*, ne junior leniorve sit *Viris muneris Affessorio conformibus*. vide Blum. *Process. Cam. tit. 7. §. 38. Politici*, e. g. *Status Libertatis*; puta, an Candidatus liber ingenuusque sit? de qua Lips. *d. l. 3. c. 6. Item Civitatis*; e. g. ut sit indigena ex natione Germanica oriundus *arg. C. C. part. 1. t. 3. §. 1. ibi: Aus dem Reich Teutscher Nation geböhren / derselben Herkommen / löblicher Gebräuch und guter Gewohnheit nicht allein wohl kündig und erfahren* &c. Blum. *d. 1. 7. §. 30. An adhuc alii Domino Civili sit obligatus? &c. Familie & Parentum*; ne tortè sit *spurius. Patria; Dignitatis*; puta, *Nobilitatis*, vel *Gradus Academici*, per Diploma *Nobilitatis*, *Doctoratus* vel *Licentiatuæ*, aliumve legitimum probandi modum, docenda. *Nobilitatis*, inquam, ut sit *Nobilis natus*, non noviter creatus, *C. C. p. 1. t. 1. n. 2. seqq. ibi: Aus der Ritterschafft geböhren / Item: Aus der Ritterschafft Geböhrene* &c. non obstante casu allegato apud Blumium *dicto tit. 7. §. 33. quippe qui Ordinatione Camerali antiquior est, ideoque ei derogare, vel aliquid addere nequit, & si post eam contigisset, nil nisi exemplum, quod Romæ fieri non debebat, contineret, arg. l. 3. ff. de Off. Pres. junctis querelis Statuum in Instructione Visitorum hodiernor. observantiam Cameralium Ordinationi contrariam prudenter improbantium. Dico, Gradus Academici, h. e. Dignitatis Doctoralis vel Licentiatuæ Auctoritate S. Caf. Majest. solenniter collata, non Prædicati quasi Licentiatuæ, moribus hodiernis in quibusdam Uni-*
 versi

veritatibus Doctorandis tribui soliti. Cum dignitas Nobilitati æquipollens externa auctoritate S. C. M. collata hic requiratur, nec testimonium eruditionis Doctoralis internæ sufficiat: Ne aliter dicentibus neque Nobilitas, neque Gradus Academicus, desideraretur, sed merita eruditionis sola satis essent: quod Ordinationi Cam. non convenit, cujus intentio ea esse videtur, ut Judicio Camerali suus etiam splendor externus constet. *Functionum* antehac à Candidato gestarum: ne forte sit excrementum alterius Societatis Civilis vel Collegii. *Cognationis & Affinitatis* Cameralis: ne sit Procuratoris Cameralis frater. C. C. part. 1. t. 5. §. 18. ibi: **Es sollen auch allerley Unrichtigkeit und Verdacht zu verhüten / zween Gebrüder / einer zum Adfessoren / der ander zum Procuratoren / an Unserm Kayserl. Cammer. Gericht nicht angenommen werden / 2c.** vel Affinis ejusdem gradus *arg. d.* §. Multo minus Pater vel Filius, aut Socer Gerverve: nec enim ad Personam, sed ad gradum Cognationis Affinitatisque & ejus propinquitatem, atque inde oriundam suspicionem, respiciendum est.

§ 10. In examine *Morum*, considerantur Candidati virtutes. cum intellectuales tum morales. *Intellectuales*, puta *Prudentia*. Blum. d. 1. 7. §. 35. *Morales*, cum *Pietas*, tum *Probitas*, secundum partitionem ejusdem Lipsii in *polit. d. l. 3. c. 5.*

§. 11. In examine *Pietatis* tractatur quæstio, *An Candidatus Religioni in Imperio Germ. permiffæ (Const. Pac. Religion. & Westphal.) addictus sit & convenienter vivat? An vero Sectarius sit?* de quo *Concept. Cam. p. 1. t. 3. §. 4. & t. 6. pr.*

§. 12. In Judicio de *Probitate*, præcipuè ad *Justitiam*, *Temperantiam*, *Fortitudinem*, ejusque Filias Sororesve, (*Gravitate*, *Philoponiam*, *Constantiam*, *Alacritatem*, *Magnitudinem Animi*, *Modestiam*) & *Virtutes Homileticas*, attenditur.

§. 13. (1.) *Justitia* utique omnem Probi Candidati paginam facere debet: Quo pertinet *Aprosopolepsia*, ut soli causæ, non Personæ, studeat, nec sit Affectibus, iræ, odii, amoris, suspicionis, adulationis &c. erga personam deditus. *Lipl. l. 3.*



6. 7. Eidem repugnant occulta consilia. Id. Lips. l. 3. c. 9. Crimen *Consensus*, quod vocant Canonistæ *ad Tit. X. de Simonia*. Præpotentia, Oligarchia, quasi-Ostracismus, seu occultatio rationum repulsæ & similia. (2.) Ex speciebus *Temperantia*, ut eam præteream, quæ circa venerem occupatur, cuique contrarium vitium ignaviæ genitrix est, præcipuè ea, quæ circa cibum & potum versatur, in quæstionem venit: cum nihil magis Affessoratui contrarium sit, quam Ebriositas Gulositasque, quæ & labores impedit, & Arcanorum Collegii proditrix est: Deinde *Continentia Oris*, ut Candidatus ore sit pressus seu Tacitus, utque affectuum continens sit. Lips. 3. 5. *Continentia Manuum*, ne sit avarus vel prodigus: quia avaritia æquè ac prodigalitas corruptionis matres sunt. Ne, inquam, sit *avarus*, cum avaritia *σωροφωγία* seu corruptionem pariat. Ne sit *prodigus*, quia prodigalitas illicitum ad quæstum & furtum generare solet. (3.) *Fortitudinis* huc pertinentes species sunt, 1. *Gravitas*: quia levitas ingenii & morum pietati æquè ac probitati contraria est. vid. *Acta Vist.* plerorumque vitiorum mater. 2. *Philoponia*, h. e. laboriositas & diligentia, ne scilicet Candidatus labore *πρωφοβία*, h. e. ne sit ignavus: nam ignavum pecus, fuci, à præsepibus arcendi sunt, secundum Poëtam: quo spectat celeritas seu præcipitantia, quæ pestis Justitiæ & Consiliorum esse dicitur. Lips. d. l. 3. c. 7. 3. *Constantia*, *alacritas & magnitudo animi*: ut scilicet Candidatus sit cordatus, fortis, constans, nec pusillanimis, potentiam partium non metuens, exemplo Papiniani & similium Istorum Romanorum. nec calumnias verens, iudicio Apostoli Pauli, quo *διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας* eundem est. Non tamen sit confidens seu audax: cum metu enim consulendum est: Imperiti enim plerique stolidè feroces sunt. Lips. 3. 7. 4. *Modestia* seu *Humanitas realis*: ut Candidatus sit placidus seu modestus, nec austerus, contentiosus, contumax, non obstinati, sed sedati, animi. (4.) Ex *Virtutibus homileticis*, *veracitas & comitas* seu *humanitas verbalis* eminent: ne scilicet Candidatus sit mendax, fallarius, non

non bona fide referens, ne sit morosus, dissidii studiosus, sed amicæ linguæ, Quod vero *Urbanitatem*, quæ circa jocos versatur, quam Pagani Philosophi inter Virtutes retulerunt, attinet, ea & Apostolo Paulo displicet, & facile in scurrilitatem declinare potest, quæ vel maximè ab Adfessoræ Camera, cui nihil magis, quam gravitas morum, convenit, aliena esse debet. Breviter: in Adfessore Camera requiritur, ut sit *Homo non inhumanus, socius non infocialis, civis non incivilis*, uno verbo, *Egregius*, non *Gregarius*. Blum. d. t. 7. §. 35.

§. 13. De *Fama* seu *Honestatis externa*, requisito vid. Lips. l. 3. *Polit. c. 4.* cont. *supra dicta §. 4.* Generaliter enim homines vitiis externis laborantes ab Officiis Civilibus & Ecclesiasticis, venerationem quandam requirentibus, arcendi sunt, ut ex Scripturis Sacris & Profanis docemur.

§. 14. Hic vero illustris quæstio occurrit: *An Candidatus ad Adfessoratum Camera presentatus diffamatus quidem, sed de cuius moribus ab initio non satis constitit, in Examine Morum non improbatus, sed, non obstante diffamatione ad Examen Eruditionis admissus, postea compertis malis moribus nihilominus rejici possit?* Ad quam Resp. quod sic: Cum præsentatio & approbatio talis Candidati pro subreptitia & nulla habenda sit, idque ob defectum voluntatis Præsentantium approbantiumque, utpote cui nihil magis, quam ignorantia, contrarium est. *l. l. ff. C. de J. & F. §. 116. ff. de R. §. 7.* Facit *Concept. Cam. p. 1. t. 6.* Ubi de habilitate & inhabilitate Adfessorum eorumque remotione post receptionem agitur: Unde argumentum à minori probabilitate ad majorem desumi potest. Quid igitur, si Candidatus, post admissionem ad examen speciale & recitationem speciminis sui, injurias adversus totum Collegium, seminaverit, vel falsum commiserit? vitiove lonto laborare cœperit? Resp. Talem hospitem turpius ejici, quam non admitti: Cum, quod Candidatus eligendus ausus est, Adfessor receptus multo magis ausurus sit: *Quid enim domini facient, audent eum talia servi?* Virgil. in *Bucol.* Sed numquid diffamatio vel denunciatio

ciatio sola eorundem criminum sufficit: saltem ad suspensionem seu dilationem? subsisto: cum nemo extra possessionem Juris cujuscunque, in specie, habilitatis ad officium, per solas insimulationes constitui possit, præcipuè, ubi præsumptiones tantæ pro denunciato militant, quantæ pro Præsentatis à Statu Imperii. Et quia dilatio talis exemplo pessima esset, neminemque innocentem relinqueret. Secus esset, si indicia prægnantia criminis vitivæ fontici adessent: *arg. §. Si quis autem. 7. Inst. de Suspect. Tut.* à toto Collegio, non à quibusdam tantum obligarchicè examinata.

*Examen
speciale.
Eruditio
Candida-
torum.*

§. 15. In *Examine speciali*, de Candidati requisito *Eruditionis* ejusque cum scientia theoretica, tum peritia rerum practica, quæritur? Cujus utriusque specimen per *Relationem Actorum Cameralium* edere tenetur: Quæ consistere solet in recitatione *Speciei Facti*, *Extractus Actorum*, & *Voti* seu *Opinionis* suæ de Justitia Causæ, & ubique cum ad *Verba*, tum ad *Rem ipsam*, attendi consuevit, (ut ex iis, quæ de Relatione Actorum Cameralium amplius infra dicentur, plenius apparebit) consequenter ad Candidati eruditionem cum in *Philologicis*, tum in *Philosophicis*: quippe quorum instrumentorum subsidio destitutis ubique aqua hæere solet.

§. 16. Similiter autem, ut supra de Judicio de Moribus, hic quæri potest: *An notoriè Rudit ad elaborationem specimenis admittendus sit?* Item, *an Ruditatis diffamatus suspectus ve?* Ad quarum priorem Resp. quod non, si de notorietate Juridica sermo ost. Ad posteriorem vero Resp. in dubio talem Candidatum potius ad examen speciale admittendum, quam ab eo arcendum esse, cum Judicium Præsentantis pro se habeat.

*Relatio
Actorum
Camera-
lium.*

§. 17. Quod *Relationem Actorum Cameralium* concernit: Sicut in Relatione quorumcunque Actorum Judicialium, ita in *Relatione Actorum Cameralium*, cum de Preliminaribus ejusdem, tum de Relatione ipsa, dispiciendum est.

§. 18.

§. 18. In *Preliminaribus* Relationis Cameralis agitur
 1. de *Existentia* ejus, & Q. 1. *An referendum sit?* Si enim causa
 in Actis prorsus non instructa est, planè non referendum est.
 Sin instructa: Q. 2. *Quid referendum?* scil. Causa in Actis in-
 structa. Q. 3. *Quantum referendum sit?* Referendum enim
 est, quantum utile est, atque ad Relationis finem conducit:
 puta, modo tota Acta, modo pars eorum, fortè vel illum,
 vel hunc punctum concernentia, modo priora s. primæ in-
 stantiæ, modo Acta Provocationis & secundæ Instantiæ. Re-
 ferendum itaque est pro mensura causæ instructæ, hoc est,
 quatenus & in quantum causa in Actis instructa est. e. g. Si
 ad sententiam definitivam instructa est, pro definitiva, sin ad in-
 terlocutoriam tantum, pro interlocutoria solum referendum;
 Si causa instructa est tantum quoad formalia, de formalibus
 solis, sin quoque quoad materialia, de materialibus etiam, re-
 ferendum. Q. 4. *Qualiter seu quomodo referendum sit?* An *ora-*
liter, an *in scriptis*: An *universaliter* & *summarie* tantum? An
 vero *particulariter* & *extensius*? Siquidem

Relationis
 Prelimin.
 Rel. Exist.

Relation.
 substantia.
 Relation.
 quantitas.

Relationi
 qualitas.

§. 19. *Relatio ipsa* duplex est, altera universalis,
 altera particularis: quarum utraque duas habet partes; prio-
 rem, quæ in *narratione* contentorum in Actis, h. e. *Judicii* s.
Tractationis Judicialis causæ; posteriorem, quæ in *voto* seu
opinione de rectitudine eorundem, conspicitur. Quia enim
 Relationis Actorum Judicialium *Finis* in notitia Facti & Juris
 in Actis contenti consistit, ideo Relationis Actorum Judicialium,
 tanquam *Medii* ad eundem Finem ordinati, partes, quas
 dixi, duæ sunt: in quibus tota Relatio consistit.

Relatio ipsa
 Actorum.

§. 20. In *Relatione Actorum Universalis*
 (1.) Quoad *Narrationem* Contentorum in Actis, attenditur
 1. ad Verba. 2. ad Res: quippe quæ Actorum Substantiam
 constituunt.

Relatio Acto-
 rum Univer-
 salis s. summa-
 ria Narratio
 Contentorum
 in Actis.

§. 21. In *Verbis*. Q. 1. *Quâ lingua* s. quo *idiomate* Acta
 concepta sint? cum non in omni *Judicio* cujuscunque Lin-

Verba Actor.
 Genus Lingua
 orationis.

guæ,

guæ, sed tantum Linguis certis (ut in Judicio Imperiali Au-
lico & Camera, Germanicâ & Latinâ) exarata Acta admit-
tantur. Q. 2. Quo genere orationis, e. g. An simplici? An
tropico? veluti allegorico?

Res Actorum.

§. 22. Res in Actis contenta consistit in Judicio s. Tra-
ctatione Judiciali Causæ. Cujus Judicii referuntur cum For-
malia hoc est Substantia, tum Materialia hoc est Causa con-
troversa.

Judicii For-
malia s. Sub-
stantia.
Persona Judicis
Personæ Liti-
gantium cum
Principalium,
tum Admini-
stratoriarum.
Genus Instantiæ.
Genus Processus.

§. 23. In Formalibus Judicii referuntur, 1. Persona
Judicis s. Fori, cum primæ tum secundæ instantiæ, ubi Acta
ventilata sunt. 2. Personæ Litigantes, cum Principales, puta
Actores & Rei, nec non Intervenientes vel Adherentes, tum Ad-
ministrativa, puta Procuratores dictarum Personarum. 3. Ge-
nus Instantiæ, e. g. An sit simplici Querelæ, an Provocatio-
nis? 4. Genus Processus, e. g. quod sit Citationis, an Manda-
ti &c.

Judicii Mate-
rialia.
Facti Species.
Genus Facti.
Genus Juris &
Actionis.

§. 24. In ejusdem Judicii Materialibus seu Causa
referuntur summaria Facti Species, ibique oraliter 1. Genus Fa-
cti, e. g. An simplex, an mixtum ex pluribus negotiis, puta
inter vivos, vel ultimæ voluntatis sit? 2. Genus Juris & Actio-
nis, de quo agitur, e. g. quod sit Jus in re, vel ad rem, Do-
minii, Servitutis, Feudi, Obligationis ex Contractu vel quali.
Dico, Facti Species Summaria seu Universalis: In Camera Im-
periali enim Compendium Facti Extractui Actorum particu-
lari præmitti solet. Quod Facti compendium causæ totius
superficialis quædam adumbratio quibusdam dicitur: Malene
an bene? Jam non disquiro, qui Nucleum, quam Corticem,
malo. (De facto Conf. Blum. P. C. tit. 75. 22.) 2. Conclusio
seu Petium. 3. κρινωμενον.

Conclusio s. Pe-
tium.
κρινωμενον.

Votum generale
de Rectitudine
Contentorum in
Actis.
1. Formalium.
2. Materialium.

§. 25. (2.) Quoad Votum seu Opinionem de
Rectitudine Contentorum in Actis, h. e. Judicialis Tractationis Cau-
sæ, refertur cum de substantia Judicii in Causa, h. e. de Recti-
tudine Formalium Judicii, tum de Justitia ipsius Causæ, h. e.
Materialium Judicii generaliter. §. 26.

§. 26. In Relatione Actorum Particulari

Relatio
Actorum
Particul.

(1.) Quoad Narrationem Contentorum in Actis, referuntur,
1. Particularis Facti Species. 2. Actorum genera, & singulae eorundem partes. 3. *Κενομενε* particularior descriptio.

Narratio
Contentor.
in Actis,

§. 27. Particularis Facti Species refertur in scriptis, ut

Particularis
Facti
Species.

caput totius Relationis, quippe ex qua Factum & Jus Cause Judicialis omne oritur. Quod de Facti Specie dixi, non secundum naturam rei, sed secundum consuetudinem, dixi: In Camera enim Narratio particularis Facti Extractui Actorum particulari praemitti solet, quod secundum naturam rei secus est.

§. 28. In Generibus Actorum, cum ad Nomina Generum, tum ad Ordinem eorum reflectitur.

Genera
Actorum.

§. 29. Quoad Nomina Generum, 1. quaedam Acta sunt

Nomina
Generum.

unius: quaedam plurium Instantiarum. 2. Quedam sunt unius Cause seu Materiae, quaedam plurium. 3. Quedam sunt unius ejusdemque, quaedam diversae Formae Processus. e. g. Quedam sunt Acta tantum Conventionis, quaedam & Reconventionis, vel Interventionis; Item, quaedam sunt Citationis tantum, quaedam & Mandati, quaedam & alterius Processus, forte Inhibitionis vel Compulsorialium, ut in Appellationis Judicio fieri consuevit.

§. 30. Quoad Generum Ordinem, 1. Acta priorum Instantiarum pra Actis Cameralibus referuntur. In Extractu

Ordo Gen.
nerum.

enim Actorum praecedere debent Acta prioris Instantiae; Et, cum torus Processus prioris Instantiae relatus est, Acta posterioris referuntur: Quamvis enim in Recessibus Reproductionis Procuratoriis Acta priora tanquam pars Actorum Cameralium nominentur, eadem tamen ante Acta Cameralia extrahuntur & referuntur. Cumque in extrahendo & referendo Acta Cameralia ad Recessus Reproductionis adjuncta devenitur, Relatio de Actis prioribus, tanquam de re jam relata, fit.

§. 31. In Partibus Actorum ipsarum attenditur ad singula

Partes
Actorum

scripta in Actis contenta. Quorum quædam sunt Protocol-
lorum quædam Productorum.

Protocolla. §. 32. *Protocolla* in Camera verbotenus legi, non extra
hi, solent.

Producta. §. 33. Scripta *Productorum* alia sunt impetratorum Pro-
cessuum, alia Propositionis seu Postulationis, alia Confirmatio-
nis seu Probationis, alia Legitimationis.

*Impetra-
torum Pro-
cessuum.* §. 34. In scriptis *impetrator. Processuum* consideranda
1. Genus, puta, an sit Citatio, an Mandatum &c. 2. Narrata.
3. Præceptum.

*Postulatio-
ni.* §. 35. In scriptis *Postulationis*, cum ad Formam seu Ge-
nus scripti, tum ad Materiam s. contenta ejusdem. In gene-
re scripti, puta, quod sit libellus actionis, exceptio, replicatio,
duplicatio &c. In contentis scripti, cum ad fundamenta con-
cludendi seu petendi, quæ vulgò *Narrata* dicuntur, tum ad con-
clusionem seu petitum ipsum.

*Confirma-
tionis.* §. 36. In scriptis *confirmationis*, cum ad *formam*, *quali-
tatem & genus* eorum, puta, an sint originalia an vero trans-
sumpta, an sint adjuncta, instrumenta, documenta testimo-
niorum, relationis ocularis inspectionis &c. tum ad *materiam*
s. *contenta* eorundem. Dann in dem Extractu Actorum müs-
sen nicht nur die Schrifften extrahirt / sondern auch nach
einer jeden Schrift die darin allegirte Beylagen gemeldet ic.
und deren contenta dem extractui inserirt / auch dabey ge-
meldet werden / ob es original, vidimatax copix &c. seyn /
quæ ejus contenta: hoc modo: In dem sub. N. i. vel alio
befindlichen Klag-Libell sagt Titius &c. wann nun der Libel-
lus ganz extrahirt / so wird gesetzt / die in Libello sub Lit. A.
befindliche Beylage ist eine Original- oder vidimirte Obliga-
tion, Testamentum &c. hujus Tenoris, die sub lit. B. befind-
liche Beylage ist eine Vollmacht / so von dem Mevio dem
Sempronio gegeben / per Subscript. Sigillum &c. mit genug-
samen Clausula versehen.

§. 37.

§. 37. In scriptis *Legitimationis* æquè ad formam & *Legitimationis.*
 materiam eorundem attenditur : hac Formula : Die sub lit. B.
 Befindliche Vollmacht / so von dem Mevio dem Sempronio
 gegeben / per subscript. figill. &c. mit genugsamen Clausuln
 versehen.

§. 38. *Κρινομένη* *particularior descriptio* consistit in narra- *Κρινομένη*
 tione particulari quæstionis illius, à cujus resolutione totius *particularior de-*
 causæ decisio pendet. *script.*

§. 39. Quoad *Votum* seu *Opinionem* de Recti- *Votum de*
 tudine *Contentorum in Actis*, h. e. *Tractationis judicialis* causæ ; *rectitudine*
 Refertur *Votum* (1.) *particulariter*, cum de Rectitudine sub- *contentor.*
 stantiæ seu essentiæ *Judicii*, quæ *Rectitudo Formalium* *Judicii* (1.) *parti-*
 vulgò dicitur, tum de *meritis* seu *Justitia* causæ, quæ *Rectitu-*
 do *Materialium* *Judicii* appellari consuevit. *culare.*

§. 40. Inter quæstiones de *Judicii essentia* seu *formali-* *1. De For-*
bus generaliter quæritur 1. aliquando de *Fine Actoris* : an *Juris* *malibus.*
 sui obtinendi causa litigatum veniat, an vero calumniæ causa, *Ratione*
 utque aliam vexet, experiatur, contra *Tit. ff. de Calumniat.* *Finis.*

2. Aliquando agitur de *causa efficiente* *Judicii* : An *Judicium* *Ratione*
 (vel *Judices*) constitutum sit ab eò, qui ejus constituendi *Jus* *Efficientis.*
 habuit? e. g. An *Assessores* præsentati sint ab iis, quibus *Jus*
 præsentandi competit? An *electi* ab iis, quibus *Jus* eligendi?
 An *delegatum* sit ab omnibus, qui ad constitutionem ejus
 concurrere debent? 3. Quæritur de *qualitate subjecti*, cum *Ju-* *Ratione*
 dicantur, tum *Litigantis*. *Judicantis*, puta, de *qualitate*, cum *Subjecti.*
 potestatis *Judiciariæ*, tum *habilitatis* : *Potestatis* *Judiciariæ*, de *Cum Judi-*
 qua quæritur, an *Jurisdictio* causæ, de qua agitur, in *Collegio*
Camerali *subjectivè* fundata sit? (quæ quæstio *Legitimationis*
 dicitur) vel in *specie*, si *ordinarius*, an legitime præsentatus,
 electus, receptus? si *delegatus* fuerit, an potestatem *delegatam*
 docere possit? vel in *genere*, an potestate *judicandi* *generaliter*
 gaudeat? vel *simpliciter*, vel hoc tempore, e. g. tempore *Ju-*
 stitii? *Habilitatis*, e. g. an *Judex* sit suspectus vel aliàs *inhabilis*?

Litigantis, puta, de *qualitate & auctoritatis & habilitatis* postu- *tum Liti-*
 latoris, *gantis.*

Ratione
Objecti.

Ratione
Forma.

De forma-
libus ap-
pellationis
in specie.
Quoad De-
volution.

latoriæ, Partium Litigantium, & Principalium & Minus Prin-
cipalium. *Principalium*, puta, de actoris & rei, nec non inter-
venientis vel adherentis, *certificatione & idoneitate*. *Minus-*
Principalium, puta, de Procuratorum, partim auctoritate, an
scil. personæ Procuratorum debite sint legitimatæ? h. e. de
potestate per Mandatum sibi datâ docuerint? Partim *habilitate*,
an sint idoneæ? Blum. d. t. 75. 17. 18. 4. Quæritur de *quali-*
tate causa, an in ea Jurisdictio Cameræ objective fundata sit?
Seu an causa sit Cameralis? Quæ quæstio cum superiori, an
Jurisdictio Cameræ in causa subjective fundata sit, conjunctim
tractari solet, quia una ad alteram se refert. Confer. Blum.
75. 19. 20. 5. De requisitis *Processus*, an scil. omnia requisita es-
sentialia *Processus* in Judicio sint observata? Blum. d. t. 75. 21.
Requisita, inquam, *Processus*, 1. quoad Citationem. 2. quoad
Libelli Oblationem. 3. quoad Litis Contestationem. 4. quoad
Probationem. 5. quoad Actorum Redintegrationem. 6. quoad
numeri Productorum determinationem. 7. quoad Interven-
tionem vel AdhæSIONem. 8. quoad Reconventionem. 9. quo-
ad Terminorum Judicialium observationem. 10. quoad Sen-
tentiam.

§. 41. In Relatione *Essentia* seu *Formalium Appellationis*
in specie reflectitur ad Appellationis cum devolvendæ Interposi-
tionem, tum devolutæ prosecutionem. Quoad *Interpositio-*
nem devolvendæ, refertur, an Appellatio per legitimam ejusdem
interpositionem ritè inchoata sit? An vero, defectu legitimæ
interpositionis, ab initio non devoluta sit? An, inquam, non
devoluta sit: quia non interposita est, 1. à facto appellabili, cum
ratione personæ gravantis, tum ratione formæ ejusdem; Ra-
tione personæ gravantis, quia non illatum fuit ab eo Judice, à
quo ad Cam. appellari potest; Ratione formæ suæ, cum essen-
tialis, tum accidentalis; Essentialis, e.g. quia non fuit Judicia-
le, formam sententiæ definitivæ habens; Accidentalibus, puta,
qualitatis Justitiæ, quia factum non est gravatorium, gravamen
iniquitatis, causamq; appellandi continens. 2. Quia non appel-
latum

latum est ad eum Judicem, ad quem appellari debuit, seu com-
 perentem. 3. Non ab eo appellante, contra eum appellatum, cui
 & contra quem appellare licuit: 4. Quia non appellatum est de
 causa appellabili, cum ratione quantitatis, tum ratione quali-
 tatis. 5. Quia non appellatum est, vel non gradatim, vel non
 solenni appellandi modo, vel non intra fatale interponenda.
 Quoad *Prosecutionem* devolutæ refertur, an Appellatio ritè de-
 voluta legitimo prosequendi modo continuata & finita sit? An
 vero devoluta quidem, sed ex post facto, defectu legitimæ
 Prosecutionis deserta sit? An, inquam, devoluta deserta sit?
 vel expressè vel tacite. Expressè, disertis verbis renuntiando
 Appellationi interpositæ. Tacitè, re ipsa & facto, omissionis &
 negligentia, vel quia non legitimè introducta, vel quia non
 legitimè finita. *Non legitimè introducta*, puta, omissione 1. pe-
 titionis Apostolorum. 2. Requisitionis Actorum priorum. 3.
 Oblationis ad præstandum solennia. 4. Supplicationis pro de-
 cernendis Processibus Appellationis (seu Introductionis strictè
 ita dictæ) 5. Insinuationis Processuum decretorum. 6. Repro-
 ductionis eorundem: *Intra fatalia legitima*, *Non legitimè finita*,
 puta, negligendo deductionem Processus Appellatorii ad
 finem: *Intra Fatale legitimum*.

quoad pro-
 secutionem
 ejusdem.

§. 42. Inter quæstiones, quæ de *Meritis* seu *Justitia* h.
 e. Rectitudine ipsius *causæ* seu *materialium*, si mavis de Jure, ut
Qualitatem agendi personæ competentem significat, ejusque
Actione, moveri possunt, generaliter tractatur 1. de *Existencia*
Actionis, an ex facto in Actus contento Actori competat Actio? arg.
 1. ff. *Quar. rer. Act. non datur*. 2. de *Genere Actionis*, quænam ab
 Actore instituta sit Actio? Blum. t. 75. 23. 3. de *Probatione* ejus-
 dem generis, an Actionis ab eodem institutæ genus probatum
 sit? Id. Blum. §. 24. d. 1. Id quod probata Actionis fundamen-
 to fit: in quo anima Juris consistit. 4. de *Elisione Actionis per*
exceptiones, an Actio per exceptiones elisa sit? Id. Blum. d. 1.
 §. 25. Quod similiter probato exceptionis fundamento fit. 5.

2. De Ma-
 terialibus,
 puta, de
 Actionis
 1. Existen-
 tia.
 2. Genere.
 3. Proba-
 tione.
 4. Elisione
 per Exce-
 ptiones.
 5. Confir-
 matione
 per Replie.

6. Infirmatione per Duplicat. de Confirmatione Actionis per Replicationes, an sc. Actio per Replicationes confirmata? 6. An per Duplicaciones Rei infirmata.

De materialibus Appellationis in specie §. 43. Inter quæstiones de Justitia seu Rectitudine ipsius Causæ seu Materialium Appellationis, specialiter queritur, de Gravaminibus Appellationis.

§. 44. Atque ita in punctis cum Conventionis, tum Interventionis, tum Reconventionis, referri solet.

(2.) Votum de Rectitudine contentorum in actu universale. §. 45. Peracto ita Voto de Rectitudine contentorum in Actis particulari, tandem (2) succedit *Votum* de eadem *universale*, puta, quid ubique pronuntiandum? Blum. d. 1. 75. 26. vel interlocutoriè vel definitivè, vel in Formalibus, vel in Materialibus: Cum in Causa Principali, tum in Accessoriis, Puta, de usuris, de damno, de eo quod interest, denique de sumptibus & expensis. Id. Blum. 75. 27.

(3.) Votum Formale. §. 46. Tandem (3.) subnectitur *Votum Formale* h. e. Formula seu Tenor Sententiæ. Id. Blum. d. 1.

TANTUM



ue



101753

ULB Halle
006 699 014


3



101753







B.I.G.

Farbkarte #13

ωπολήπτως.

Pub. 17. num. 22.

ARMA
MINIS
ITATO-
UM
SORATUM
II CAMERA-
NTATORUM.
M JUDICII FUN-
TUM EST,
BI
SUS seu VIRTU-
IDATORUM,
NON
ONE ACTO-
MERALIIUM.

No. 1755

ARIE,
orgii Ernesti V Winckleri.

KONFRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

